

Hui exato, as Darnoises do chido
ho discurso da teste de Exa, e algumas car-
tas do chido, e outras doutros — .



Digitized by srujanika@gmail.com

soilRauO

Ad *politicæ rationib[us] mentis lib[er]tatis officiis] summis*

Digitized by srujanika



Assertiones ex lib. de

Anima.

Quæstio:

Possit ne rationibus naturalibus ostendī animæ immortalitas?

Prima assertio:



Nimus secundum suam essentiā est actus primus substatialis, corporis naturalis, potētia vitam habētis; idq̄ rectē Arist. ab effectu cōclusit, ex eo qđ sit principiū, quo primū viuim⁹. &c. Animus ratiōalis verē, & per se hominis est forma; atq̄ ita corp⁹ informat, vt totus in toto, & totus in qualibet parte ei⁹ existat: eodemq̄ modo se habent formæ perfectorum animantium.

2. assert.

Ex quadruplici vitæ pfectione bene collegit Arist. q̄tuor ēē genra viuētū, quorū priora in posteriorib⁹ cōtineant. Ad potētiā aūt vegetatē pertinet nutritio, auctio, & actio ex semine gignēdī: vna tñ, & eadē potentia est, qua res alūtūr & augētur, diuersa tamē à potētiā cōterādi. Omnes itē potētiæ animę ab ei⁹ essentia, & inter se, re ipsa, specie distinguunt per respectum ad suos actus, atq̄ obiecta.

3. assert.

Sensus nunquā errat circa ppriū sensibile, quoad rationē cōmūnē, licet quoad speciales rationes sub cōmuni cōtētas, & circa sensibilia, tā per accidēs, quā cōmunia, decipi soleat: Sensibilia aūt propria in sensus proprias sui similitudines immittunt: non vero sensibilia cōmunia, sed eas quodam modo afficiunt.

4. assert.

Obiectū adequatū aspectus est color, vt etiam lumē cōprehēdit. Qđ quidē in medio habet, tū ēē intētione, tū naturale, atq̄ id ipsu- met ad visionē requiri, tā ex parte medi⁹, quā ex parte obiecti. Veri autē colores ex varia cōmixtione, quatuor primarū glitatū efficiunt: Apparētes vero ex varijs causis vt ex luce, medio, situ, & aspectu cor- porum, tum ad lucem, tum ad veros colores, oriuntur,

Delme a fl. 30.

5. assert.

¶Oculus ex quinque tunicis, & tribus humoribus veluti ex sphæris miro artificio est constitutus, ex quib⁹ aliquot necesse est esse mutuo eccentricas: Singularum tamē centrum vnica debet continere linea. Cōprehensio autem rei visibilis sit per pyramides radiates, q̄ ab objectis in oculos immittuntur: at apprehensionis certitudo per axem, dum supra pyramidis basim desertur.

6. assert.

¶Quatuor sunt interni situ, & spē distincti. Externi quinque quorum obiecta, media, atq; instrumēta recte Arist. declarauit. Nihil autē poterū percipere nisi prius similitudines obiectorū recipiat. His adde sonum plerūq; fieri, ex cōpressione aeris inter duo corpora: plerūq; ex alijs causis. Vox autē est sonus, qui ex ictu aeris respiratiōe attracti, à virtute in pulmonib⁹ existēte, ad arteriā efficit cū aliq; imaginatiōe.

7. assert.

¶Animae ratiōalis immortalitas sufficiēter rationib⁹ naturalib⁹ ostendit potest: atq; in hāc sententiā poti⁹ inclinavit Arist. nō pōt autē ea in hac vita quicq; intelligere nisi pri⁹ ad actū per spēs intelligibiles ab intellectu agente reducatur: Qui ab intellectu patiēte, & vterq; à voluntate realiter distinguitur.

8. assert.

¶Intellectus noster in hac vita nō intelligit directe individua materialia cum eorū species intelligibiles, nō habeat: Format tñ cōceptus earūdē rerū: quēadmodū per quācunq; aliā intellectionē, si de obiecto creato sit, producit verbum mentale, in quo res intellecta præsens existit tanq; terminans intellectionē. Nō tñ est op⁹, vt per cognitionē sensuū externorum aliqui huiusmodi termini producant.

EX LIB. ETHI.

9. assert.

¶Duplex est fœlicitas humana, activa nempe, & contemplativa: illa posita est in operatione rationis, vel nō sine ratione, secūdū virtutē in vita perfecta, bonorūq; externorū, ac corporis affluēte: Hęc vero in cōtemplatione substātiarū separatarū cōsistit. Virtutes morales nō inter se necessario cōnexę vidētur nisi fœlicitate perficiantur.

Quæstionis satisfacit. 7. assertio.

Has assertiōes defendit Amator Gometius Amarguilho
sub p̄sidio M. Fernādi Rebello præceptoris sui,
ex societate Iesu.

Eas etiam præuidit sapientissimus D. Petrus Paulus
Ferrer huius Eborenſis Academiæ Cācellari⁹.
Eboræ anno 1572.

INTRODUCTION

**17. The following is a list of the
titles of the books in the
Library of Congress.**